

PROPER of the MASS

ST JOHN BOSCO

January 31

III Kings 4: 29; Psalm 112: 1 INTROIT

DEDIT illi Deus sapientiam et prudentiam multam nimis, et latitudinem cordis quasi arenam quæ est in littore maris. *Ps.* Laudate pueri Dominum, laudate nomen Domini. Gloria Patri.

God gave to him wisdom and understanding exceeding much, and largeness of heart as the sand that is on the sea shore. *Ps.* Praise the Lord, ye children: praise ye the Name of the Lord. Glory be to the Father.

COLLECT

DEUS, qui sanctum Joannem Confessorem tuum adolescentium patrem et magistrum excitasti, ac per eum, auxiliatrice Virgine Maria, novas in Ecclesia tua familias florescere voluisti: concede, quæsumus; ut eodem caritatis igne succensi, animas quærere, tibiique soli servire valeamus. Per Dominum.

O God, who didst raise up Saint John, Thy Confessor, to be the father and the teacher of the youth, and who by him, with the help of the Virgin Mary, didst promote new families in Thy Church: grant, we beseech Thee, that inflamed by the same fire of love, we may win souls and serve Thee alone. Through our Lord.

Philippians 4: 4-9 EPISTLE

FRATRES: Gaudete in Domino semper: iterum dico, gaudete. Modestia vestra nota sit omnibus hominibus: Dominus prope est. Nihil solliciti sitis: sed in omni oratione, et obsecratione, cum gratiarum actione petitiones vestræ innotescant apud Deum. Et pax Dei, quæ exuperat omnem sensum, custodiat corda vestra, et intelligentias vestras in Christo Jesu. De cetero fratres, quæcumque sunt vera, quæcumque pudica, quæcumque justa, quæcumque sancta, quæcumque amabilia, quæcumque bonæ famæ, si qua virtus, si qua laus disciplinæ, hæc cogitate. Quæ et didicistis, et accepistis, et audistis, et vidistis in me, hæc agite: et Deus pacis erit vobiscum.

Brethren: Rejoice in the Lord always; again, I say, rejoice. Let your modesty be known to all men. The Lord is nigh. Be nothing solicitous; but in every thing, by prayer and supplication, with thanksgiving, let your petitions be made known to God. And the peace of God, which surpasseth all understanding, keep your hearts and minds in Christ Jesus. For the rest, brethren, whatsoever things are true, whatsoever modest, whatsoever just, whatsoever holy, whatsoever lovely, whatsoever of good fame, if there be any virtue, if any praise of discipline, think on these things. The things which you have both learned, and received, and heard, and seen in me, these do ye, and the God of peace shall be with you.

Psalm 36: 3-6 GRADUAL

SPERA in Domino et fac bonitatem et inhabita terram et pascaris in divitiis ejus. Delectare in Domino, et dabit tibi petitiones cordis tui; revela Domino viam tuam et spera in eum, et ipse faciat.

Trust in the Lord, and do good, and dwell in the land, and thou shalt be fed with its riches. Delight in the Lord, and He will give thee the requests of thy heart; commit thy way to the Lord, and trust in Him, and He will do it.

Psalm 73: 21 ALLELUIA

ALLELUIA, alleluia. Pauper et inops laudabunt Nomen tuum. Alleluia.

Alleluia, alleluia. The poor and needy shall praise Thy Name. Alleluia.

After Septuagesima, the Alleluia and the Verse Pauper are omitted and the following is said instead:

Psalm 60: 4-6 TRACT

FACTUS es spes mea, Domine: turris fortitudinis a facie inimici. Inhabita-bo in tabernaculo tuo in sæcula: pro-tegar in velamento alarum tuarum. Quoniam tu, Deus, exaudisti orationem meam: dedisti hereditatem timentibus nomen tuum.

Thou hast been my hope, O Lord: a tower of strength against the face of the enemy. In Thy tabernacle I shall dwell for ever: I shall be protected under the covert of Thy wings. For Thou, my God, hast heard my prayer: Thou hast given an inheritance to them that fear Thy Name.

Matthew 18: 1-5 GOSPEL

IN illo tempore: Accesserunt discipuli ad Jesum, dicentes: Quis, putas, major est in regno cælorum? Et advocans Jesus parvulum, statuit eum in medio eorum, et dixit: Amen dico vobis, nisi conversi fueritis, et efficiamini sicut parvuli, non intrabitis in regnum cælorum. Quicumque ergo humiliaverit se sicut parvulus iste, hic est maior in regno cælorum. Et qui susceperit unum parvulum talem in nomine meo, me suscipit.

At that time, the disciples came to Jesus, saying: Who thinkest thou is the greater in the kingdom of heaven? And Jesus calling unto him a little child, set him in the midst of them, and said: Amen I say to you, unless you be converted, and become as little children, you shall not enter into the kingdom of heaven. Whosoever therefore shall humble himself as this little child, he is the greater in the kingdom of heaven. And he that shall receive one such little child in my name, receiveth me.

Psalm 33: 12 OFFERTORY

VENITE, filii, audite me, timorem Domini docebo vos.

Come, children, hearken to me; I will teach you the fear of the Lord.

SECRET

SUSCIPE, Domine, oblationem mundam salutaris Hostiæ et præsta; ut, te in omnibus et super omnia diligentes, in gloriæ tuæ laudem vivere mereamur. Per Dominum.

Accept, O Lord, the pure oblation of the Host of salvation and grant that loving Thee into and above all things, we merit to live for the praise of Thy glory. Through our Lord.

COMMON PREFACE

VERE dignum et justum est, æquum et salutare, nos tibi semper, et ubique gratias agere: Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus: per Christum Dominum nostrum. Per quem majestatem tuam laudant Angeli, adorant Dominationes, tremunt Potestates. Cæli, cælorumque Virtutes ac beata Seraphim socia exultatione concelebrant. Cum quibus et nostras voces, ut admitti, jubeas, supplici confessione dicentes:

It is truly meet and just, right and for our salvation that we should at all times and in all places, give thanks unto Thee, O holy Lord, Father almighty, eternal God: through Christ our Lord. through Whom the Angels praise Thy Majesty, Dominations worship, Powers stand in awe. The Heavens and the Heavenly hosts together with the blessed Seraphim in triumphant chorus unite to celebrate it. Together with them we entreat Thee, that Thou mayest bid our voices also to be admitted, while we say in lowly praise:

Romans 4: 18 COMMUNION

CONTRA spem in spem credidit, ut fieret pater multarum gentium, secundum quod dictum est ei.

Against hope, he believed in hope; that he might be made the father of many nations, according to that which was said to him.

POSTCOMMUNION

CORPORIS et Sanguinis tui, Domine, mysterio satiatis, concede, quæsumus; ut intercedente sancto Joanne Confessore, in gratiarum semper actione maneamus: Qui vivis et regnas.

Filled with the mystery of Thy Body and Blood, grant, we beseech Thee, O Lord, through the intercession of Saint John, Confessor, that we may ever be thankful. Who livest and reignest.